



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Elementa Doctrinae De Circvlis Coelestibvs, Et Primo
Motv**

Peucer, Kaspar

Vitebergae, 1576

VD16 P 1990

Quod terra in medio mundi hæreat fixa & immota.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56559](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56559)

que in plano Aequatoris, sequerentur eadem absurda, quae in prioribus duobus enumerata sunt.

Postremo, generaliter ubicunq; ponitur terra extra medium, confunditur ratio dierum aequaliter crescentium & decrescientium in sphaera obliqua, Aequinoctia vero aut nulla omnino fient, aut non fient sole medium inter utrunq; tropicum iter peragrante. Nec semper Luna deficiet etiam Soli ex Diametro obiecta. Terra enim non sita in mundi medio umbram suam Lunae non offundet. Hec absurda conuincunt, terram non posse in alio loco, nisi in medio vniuersi, sitam esse.

Quod terra in medio mundi hæreat fixa & immota,

NEC recto motu, nec circulari terram moueri, sed in mundi medio quiescere, & sacrae literae confirmant, & rationes physicae comprobant. Inquit enim Psalmus: Qui fundauit terram super stabilitatem suam, non mouebitur in aeternum & semper, & Ecclesiastes in 1. cap. inquit: Terra in aeternum stat, oritur Sol & occidit, & ad locum suum tendens, ibi oritur. Et solem moueri clare affirmat Psalmus: Soli posuit tabernaculum in ipsis, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo

lomo suo, Exultat vt Gygas ad currendum vi-
am suam, ab extremo cœlorum egressus eius, & re-
uolutio eius ad extremum eorum. Notum est etiam
recenseri inter miracula, quòd Deus Solem con-
spicere voluit.

Physicæ rationes hæ sunt.

Vnius corporis simplicis, tantum vnus est mo-
tus simplex.

Terra est corpus simplex.

Ergo non conuenit ei nisi vnus motus simplex.
Sed simplicium motuum, vnum rectum, alterum
circularem esse, superius ostensum est. Rectum aut
sursum tendere, aut deorsum. Terræ partibus ve-
ro rectus deorsum competit ad medium, quo dela-
te acquiescunt. Ergo non competit terræ motus
circularis.

Secundo, Omne graue natura, pondere suo fer-
tur ad centrum secundum rectissimam lineam, in
eòq; resistit, confidit & acquiescit, nec prolabi-
tur aut nititur ulterius. At omnia graua, vt ter-
ræ partes, quæq; ex terra constant, ad terram re-
ctissimo ductu delabuntur, atq; in eius superficiem
decumbunt & conuiescunt, & ni soliditate terræ
arcerentur & detinerentur, ad centrum vsq; pro-
uherentur ac penetrarent. Recta enim linea, que